

Remote Learning Packet

There is no need to submit this packet at the end of the week. Enjoy your summer break!

Week 9: May 25-29, 2020

Course: Latin III

Teacher: Mr. John Bascom

Monday, May 25

Happy Memorial Day! No School!

Tuesday, May 26 - Friday May 29

My dear 9th Graders,

Our work for the year is nearly over. You will not be turning in anything for this week, so it is on your honor to attempt it. For your final week I give to you a challenge. Below are five passages taken from stories that you are most likely quite familiar with. None of these texts were originally written in Latin, but have been translated into Latin. Your challenge: first, see if you can discover what book the passage comes from; second, see if you can discover what is going on in the passage.

Finally, I bid you farewell. Thank you all for your excellent work this year, you were a joy to teach. I wish you well this summer and look forward to seeing you again next year.

Valete,

Mr. Bascom

Passage 1:

Nocte ballationis, pater, noverca, et filiae novercae ad ballationem profecti sunt. Cinerella, in foco sedens et lacrimans, repente magnam lucem vidit. Femina pulcherrima in media luce stabat. "Tua iuno sum. Cur lacrimas, Cinerella?" Cinerella feminae de ballatione narravit. "Sine difficultate," clamavit tutrix, et vestes Cinerellae virga tetigit. Statim sordida stola evanuit, et pulchra nova stola apparuit! Et armillae et torquis et pulchri calcei vitrei apparuerunt!

...

Brevi Cinerella ad ballationem pervenit. Tam pulchra erat ut filius regis, eam videns, statim eam adamare inciperet. Filius regis alias puellas reliquit et cum Cinerella plurimam noctis ballabat.

Passage 2:

‘Heus, ecquis domi est?’

Fuit intus rumor quidam sternutamenti similis et deinde denuo silentium.

‘Dixi equidem et dico: ecquis domi est?’ clamavit Pu magna voce.

‘Minime,’ respondit vox; deinde subiunxit: ‘Noli tam magna voce clamare. Iam in primo te clarissime audivi.’

‘Malum!’ dixit Pu. ‘Nemo prorsus adest?’

‘Nemo!’

Winnue ille Pu caput foramine extraxit, aliquamdiu cogitabat et secum cogitabat: ‘Aliquis adesse debet quia aliquem “nemo” dixisse oportuit.’ Caput ergo iterum in foramen inseruit et dixit:

‘Heus, Lepus, esne tu?’

‘Non sum,’ dixit Lepus nunc mutata voce.

‘Nonne haec vox Leporem sonat?’

‘Non puto,’ dixit Lepus. ‘Nollem sonaret.’

‘O!’ dixit Pu.

Caput e foramine extraxit, aliquamdiu meditatus est, deinde caput iterum immisit et dixit:

‘Quaeso bona venia, dic mihi: ubi est Lepus?’

‘Abiit ad amicum suum Ursum Pum visendum, quia ille ei ex animo amicus est.’

‘Sed egomet sum ille!’ exclamavit Pu obstupefactus.

Passage 3:

et pastores erant in regione eadem vigilantes et custodientes vigilias noctis supra gregem suum

et ecce angelus Domini stetit iuxta illos

et claritas Dei circumfulsit illos et timuerunt timore magno

et dixit illis angelus

nolite timere

ecce enim evangelizo vobis vobis gaudium magnum quod erit omni populo

quia natus est vobis hodie salvator qui est Christus Dominus in civitate David

et hoc vobis signum

Invenietis infantem pannis involutum et positum in praesepe

et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis

Laudantium Deum et dicentium

gloria in altissimis Deo

et in terra pax in hominibus bonae voluntatis

Passage 4:

“nunc est officium effractarii*,” nani Bilbonem significantes inquirunt. “tibi prodeundem est ad lucem comperiendam, quid ea significet, et num omnia omino tuta sint atque callida,” Thorinus hobbito inquit. “nunc exi atque cito redi, si omnia sit salva. si non, redi si potes! si non potes, bis cane similis tytoni* albae atque semel similis megascopi*, tum quidcumque agere possimus, agemus.”

effractorius, -i : *burglar*

tyto, -onis alba : *barn owl*

megascops, -opis : *screech owl*

Passage 5:

crepitum arcus cursualis et sonitum epistularum in tapete calceis purgandis cadentium audiverunt.

‘afferto epistulas, Dudley,’ inquit Avunculus Vernon actis diurnis celatus.

‘iube Harrium eas afferre.’

‘afferto epistulas, Harri.’

‘iube Dudleum eas afferre.’

‘fodicato eum baculo isto scholastico, Dudley.’

Harrio, baculo scholastico eluso, epistulas petebat. in tapeti tres res iacebant: publici cursus chartula a Margareta sorore Avunculi Vernon ferias in insula Vecte agente missa et involucrum fusum in quo mercium venditarum ratio inesse videbatur et - *epistula ad Harrium missa*.

quam sublatam Harrius intuebatur, corde sonitum imitante ingentis catenae elasticae. nemo enim tota vita unquam ad eum scripserat. nesciebat autem quis scripturus esset. nullos amicos habebat, nullos praeter Dursleos propinquos - bibliothecae non adscriptus est, itaque ne libellos quidem impolitos acceperat librorum redditionem postulantem. haec epistula aderat tam claris litteris inscripta ut error non posset fieri:

Dominus H. Potter
Armarium sub Scalis
IV Gastatio Ligustrorum
Querela Parva
Comitatus Surreyiae